

suam insano **295** esse blasphemant. Ideo autem non habitabunt in domibus suis, et non bibent vinum earum quae plantaverant, vinearum, quia cognovit Dominus multas impietates eorum. Hic cognitio, non juxta illud intelligenda est quod alibi legitur: *Cognovit Dominus eos qui ejus sunt* (II Tim. II, 19), sed quod nihil Deum lateat, et omnia peccantium secreta cognoscat. *Cognovi*, inquit, *multas impietates*: quae non solum mulae, sed et fortes sunt, et opprimentes, sive conculcantes (a) ipsam justitiam, vel eum qui justus est. *Et accipitis inquit, commutationem*: (b) pro qua omnes similiter ἐλλάσθη, id est, propitiationem transtulerunt: nos munera diximus; (c) ἀλλάγημα autem juxta idioma Scripturarum pretium dicitur, quod in Evangelio quoque legitur: *At quam dabit homo commutationem pro anima sua* (Mat. xvi, 26)? Pauperes quoque in portis declinaverunt: sive ut Symmachus interpretatus est, *oppresserunt*, ut contra judicii veritatem pretio sententiam venderent incurrentes in illud quod scriptum est: *Munera excecant oculos etiam sapientum* (Deut. xvi, 19). Quae accipiunt heretici, ut austeritate Scripturarum, quae peccatoribus tormenta denuntiant, veriant in beatitudinem: et cum divitiibus prospera quaeque promittant, tantum apud pauperes truculentum sunt et severi. Quando igitur vir ecclesiasticus et prudens atque intelligens multas impietates in ea quae vocatur domus Dei, esse cognoverit, et non solum multas, sed et fortes, et quae opprimere possint justitiam, et intantum doctorum rabiem processisse, ut accipiant pretium in judicio, et omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque devitent in portis, et audire contemnant, sateat in illo tempore, ne det sanctum canibus, et mittat margaritas ante porcos (Mat. vii), qui conversi conculcant eas, et imitetur Jeremiam dicentem: *Solus sedebam: quia amaritudine repletus sum* (Jer. xv, 17). Et illud in Psalmis: *Singularis sum ego donec transeam* (Is. cxl, 19).

(a) Tres mss., *conculcantes justum, vel ipsam justitiam*.

(b) Hanc Hieronymi sententiam imperitissime depravarunt Erasmus et Marianus legentes, contra fidem mss. codicum, *pro qua commutatione omnes similiter ἐλλάσθη, id est, propitiationem transtulerunt*, etc., et impingentes S. Doctores imperitiam linguae Graecae, quae nescivisset ἐλλάσθη significare gratia et commutationem, non propitiationem quae ἐλλάσθη dicitur ut optime noverat, juxta omnium exemplarium manuscriptorum lectionem, cum ego restitui. MARR.

(c) Sic vertunt LXX, verum ipsum tacet Graecum verbum alter Palatin. ms. legitur *munus diximus quod juxta idioma*, etc.

(d) Addunt duo Palatini mss. *id est, pietatem*, quae duo verba in suis quoque exemplaribus cunctis Victorius reperit: factumque adeo, ut praecedens vox Graeca ἐπίειρητις, quae pietatem, probitatemque significat, tanquam parum in usu est, hic obtinuerit praedia, ἐπίειρητις, quam nos in Gisterciensi, ille in Brixiano uno legit ms. Praeterea, inquit, videtur Hieronymus se ipsum explicare in primam sententiam, et illam lectionem de pietate magis treri, dum statim infert: *Odit malum qui non solum vo-*

296 (Vers. 14, 15). *Quaerite bonum, et non malum, ut vivatis, et erit Dominus Deus exercituum vobiscum sicut dixistis: Odit malum et diligit bonum et constituit in portis judicium, si forte miseretur Dominus Deus exercituum reliquis Joseph. LXX: Quaerite bonum, et non malum, ut vivatis, et erit sic Dominus Deus omnipotens vobiscum, sicut dixistis: Odit habuimus mala, et dileximus bona, et reddite in portis judicium, ut miseretur Dominus Deus his qui reliqui sunt de Joseph. Dicitis Deum esse vobiscum, quia sitis filii Abraham; audite quod sequitur: Si filii estis Abraham, opera patris vestri facite* (Joan. viii, 39). Quae sunt opera patris vestri Abraham? *Diligit bonum et non malum* Grande peccatum est, non solum facere malum, sed et diligere. Multi peccant, et expleto voluptatis ardore, mordentur conscientia sua, et ponit eos peccati sui. Qui autem non solum non dolet se fecisse quod malum est, sed in suo scelere gloriatur, iste implet illud quod scriptum est: *Peccator cum venerit in profundum impietatis contemnit* (Prov. xviii, 3). Quaerite ergo bonum, et non malum. Si enim quaesieritis bonum, in eo quod quaeritis bonum, statim repellitis malum. Numquam autem quaereretis bonum, nisi prius repelleretis malum, impletis verba Psalmiste dicentis: *Declina a malo, et fac bonum* (Ps. xxxvi, 27). Cumque quaesieritis bonum, et vitaveritis malum, tunc vivetis in eo qui dicit: *Ego sum vita* (Joan. xiv, 6). Bonum quaerit, qui credit in eum qui in Evangelio loquitur: *Ego sum pastor bonus* (Ibid., x, 11). Repellit malum, qui fugit eum de quo scriptum est: *Mundus in maligno positus est* (I Joan. v, 16). Et in oratione Dominica dicit: *Libera nos a malo* (Mat. vi, 13). Cumque quaesieritis, inquit, bonum, et non malum, et vixeritis, tunc erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixeratis ideo eum esse vobiscum quia nati essetis de Abraham. Nec sufficit bonum quaerere, malumque non quaerere nisi ἐπίειρητις (d) habeatis in **297** utroque, ut primum oduluptate non vincitur, sed odit opera voluptatis. Et diligit bonum qui non invitatus ad necessitate, aut metu legum facit quod bonum est; idcirco quia bonum est, Nobis nihil osculus ἐπίειρητις: magis placet, quae vox accessionem, sive aditamentum significat, eaque videtur persaepe Hieronymus, ut incrementum in agendo atque intentionem nolet. Sic in comment. in Ezechiel. cap. xviii, de decima quinta sententia Judicium verum fecerit inter virum et virum, sive proximum suum. Quod, inquit, videtur idem sonare quod primum, ubi scriptum est: *Si fuerit justus, et fecerit judicium; sed addita veritate iudicii, quod facit inter virum et virum, sive proximum suum, ἐπίειρητις certitur habere virtutum. Id genus alia passim occurrunt loca. Porro sensus longe concinnior, ac verior. Non sufficit bonum quaerere, malumque non quaerere, nisi ἐπίειρητις habeamus in utroque, id est ordinem atque incrementum ad utriusque respectum, ut primum oderimus malum odisse enim plus est quam non quaerere), deinde diligamus bonum. Hec profecto est quam ἐπίειρητις vocat, nullusque dubito hunc pro illo sensum lectoribus probatum iri. Unum interim in textu mutatum ad mss. auctoritatem, oderitis pro odiatis.*

ritis malum, deinde diligit bonum. Odit malum, qui non solum voluptate non vincitur, sed odit opera voluptatis: et diligit bonum, qui non invitatus, aut necessitate aut metu legum facit quod bonum est; sed idcirco quia bonum est, ut mercedem boni operis habeat conscientiam suam [Al. conscientia sua], et dilectionem quam erga bonum possidet. Unde et apostolus: *Hilarem, inquit, datorem diligit Deus* (II Cor. ix). Non enim omnis elemosyna placet Deo, nisi quae cum hilaritate profertur. Cumque oderitis malum, et dilexeritis bonum, constituit in portis judicium, de quo supra dictum est, ut, iniquitate expulsa, veritas redeat. Et si feceritis hoc, forsitan miserebitur Dominus Deus omnipotens residuis Joseph (a) de tribu Ephraim et de decem tribubus, et captivatem evadere poterunt. Quae omnia possunt et haereticis coaptari, ut deserto errore, quem finxerunt, redeant ad Ecclesiam, et oderint priora dogmata, diligantque in Ecclesia Domini veritatem, et judicium verum exerceant in portis vitiorum et virtutum, relinquentes illas, et ad has transeantes, et sperent misericordiam qui ex faucibus diaboli evadere quiverint. Juxta LXX autem ordine commutato, sic manifestior lectio presentis capituli reddi potest: Quomodo dixistis, odio habuimus mala, et dileximus bona, sic quaerite bonum et non malum, ut vivatis, et sicut Dominus Deus omnipotens vobiscum, et reddite in portis judicium, ut miseretur Dominus Deus omnipotens reliquis Joseph.

(Vers. 16, 17). *Propterea haec dicit Dominus Deus exercituum dominator: In omnibus plateis planctus, et in cunctis quae foris sunt dicitur vae, vae. Et vocabunt agricolam ad luctum, et ad planctum eos qui sciunt plangere. Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. LXX: Ideo haec dicit Dominus Deus omnipotens: In cunctis plateis planctus: et in omnibus visis dicitur vae, vae. Vocabitur agricola ad luctum, et ad planctum hi qui sciunt lamentationem, 298 et in omnibus visis planctus: quia pertransibo per medium tui dicit Dominus. Praecipi ut quaereretis bonum, et non malum, ut viveretis, essetque Dominus vobiscum. Et iterum intuli (ne semel tantum vos monitis dicoretis): Odit habete malum, et diligit bonum et restituite iudicium in portis, qui odio habuistis in porta corripientem, ut miseretur Dominus reliquis Joseph: et quia facere voluistis, mea praeccepta calcantes, et vertistis ad me scapulam recedentem ideo haec dicit Dominus Deus omnipotens, qui est exercituum Dominus: ubique planctus, ubique meslitiia. Agricola vocabuntur ad luctum, et qui sciunt more provinciae praecinare ad concitandas lacrymas vocabuntur, ut nequam in omnibus plateis, sicut supra dictum est, sed in vineis sit planctus atque luctus ubi quondam fuit materia laetitiae, sit origo lacrymarum. Et haec omnia*

(a) Gisterciens. juncto altero Palatin. ms.: *Joseph, qui de tribu, etc.*, et mox, *potuerint*; al., *poterint*.
(b) Victorius ait, id est, *dilationem*: respondetque

fient, quia pertransibo, inquit, in medio tui. Verbum Hebraicum, *pertransibo*, quo eorum lingua dicitur EBOR (עבר), quoties in Scripturis sanctis ex persona Dei ponitur, pro poena accipiendum, ut nequam apud eos maneat; sed pertransaeat ac relinquat. Unde et in aliis locis secundum interpretationem Aquila, quando irascitur Deus, furorom suum etiam ἐνσπρηξια (b) vocat, quae omnia referri possunt ad haereticos, ut quia illa et illa quae justa sunt, facere noluerunt, sit in omnibus plateis eorum luctus. Lata enim et spatiosa via quo ducit ad mortem (Matth. vii): singulique haereticorum et gentium in sabulis suis atque figmentis habent plateas, quibus consequenter infertur: *Et in cunctis quae foris sunt dicitur, vae, vae*. Qui enim in Ecclesia fuerint, non audient vae, quod penarum ultimum est; sed si forte peccaverint, sumetur super eos lamentum. Ideo autem foris sive in omnibus visis dicitur, vae, vae: quia non habent unam viam quae ducit ad vitam, et quae via regia est, sed pravas atque perversas, et declinantes ad dexteram ac sinistram, dum **295** non audiunt Dominum dicentem: *Ne sis justus nullum. Et: Perversa sunt viae, quae a sinistris sunt*. Incurruntque in duplex vae, carnis et spiritus, presentis saeculi atque futuri. Cum contrario ecclesiasticis audiunt: *Gaudete, iterum dico, gaudete* (Philipp. iv, 4). Sed et agricola vocatur ad luctum (habent enim haeretici agricolas suos, in quorum arvis tribuli nascuntur et spine), et ad planctum vocabitur qui norat plangere, vel suam, vel aliena peccata; quoniam et haec in bonam partem possimus accipere, ut vir ecclesiasticus et potens ad penitentiam provocare, imitetur Dominum suum dicentem: *Lamentati sumus et non plangimus* (Luc. vii, 32), et plangat haereticos [Al. haereticum], sicut Saulem regem Israel plangit quondam Samuel (I Reg. xv). Et Apostolus lugere se dicit super eos qui non egerunt penitentiam (II Cor. xi). In omnibus quoque vineis erit planctus, quia vineae Sodomorum vineae eorum. Et pro vino laetitiae, quod lascivat cor hominis, attulerunt vinum draconum et furorem aspidum insanabilem. Et haec universa patientur; quia pertransibit per medium eorum Dominus, ut non habilet inter eos, nec dicat: *Habitabo in eis, et inambulabo*. Et: *Ecco ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* (Matth. xxviii, 20).

(Vers. 18-20). *Vae desiderantibus diem Domini, ut [vulg. al.] quid eam vobis? Dies Domini iste tenebre, et non lux: quomodo si fugiat vir a facie leonis, et occurrat ei ursus, et ingrediatur domum, et tinnit manu sua super parietem, et mordet eum coluber. Nunquid non tenebre dies Domini, et non lux? caligo, et non splendor in ea? LXX: Vae desiderantibus diem Domini, ut quid hanc vobis diem Domini? Et ea est tenebra, et non lux. Quomodo si fugiat homo a facie leonis, et incidat in eum ursus, et introeat in domum*

haec significatio verbo עבר, *transibo*, quod penam significat, eo quod ira Dei non permaneat in eo quem tangit; sed pertransaeat, ac derelinquat.

et imitatur manibus suis super parietem, et mordeat eum coluber. Nonne tenebræ dies Domini, et non lux? et caligo, et non habet splendorem. Ne de tribu Juda Theoules propheta omnino homines tribus suæ negligere videretur, ad decem tantum tribus conferre sermonem, ad utrumque regnum; hoc est, Judam et Israel, nunc dirigit (sermonem vaticinium, quod ex multis 209 quidem aliis, sed præcipue ex eo quod sequitur: *Væ qui opulenti estis in Sion, et confiditis in monte Samariæ*, intelligi potest: Væ igitur Judæ Israelique dicentibus: Veniat dies, veniat prædicta captivitas, dummodo quod promittitur per prophetas, etiam restitutionis tempus consequatur. Non est enim tantum mali in captivitate injuria, quantum boni in his quæ post captivitatem Dominus pollicetur: quibus propheta respondit, frustra eos quod longo tempore post futurum est, in adventu Filii Dei post septuaginta annos captivitatis Babylonie præstolari, quos vasitas atque perperies et innumerabiles miseriæ consequentur. Fugientibus enim, inquit, a facie Nabuchodonosor leonis, occurret Assuerus (b) sub quo Esther narratur historia, sive, destructo Assyriorum et Chaldeorum imperio, Medis Persarumque consurgens. Cumque, regnante Cyro, fuerit reversus, et præcipiente Dario, cõperitis edificare domum Domini, et omnem fiduciam habueritis in templo: ita ut requiescat in eo, et lassas manus super parietes inclinetis: tunc venit Alexander rex Macedonum, sive Antiochus cognomento *Ἐπιφανής*, qui moretur in templo, et vos instar colubri mordeat, nequaquam foris in Babilone, et in Susis, sed intra terminos terræ sanctæ (Al. vestræ). Quibus rebus probatur, diem quam concupiscitis, non esse lucis et gaudii, sed tenebrarum atque tristitiæ. Hæc juxta historiam breviter diximus, ne penitus Judæorum opinionem relinquere intactam. Cæterum nulli dubium est, omnes nostros diem tenebrarum, diem intelligere judicii, de qua scribit et Sophonias: *Juxta est dies Domini magnus, et juxta est et velox nimis: vox diei Domini amara et dura* (Sophon. 1, 14). Et Isaias: *Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris et iræ, ponere orbem terrarum desertum, et peccatores perdere ex eo* (Isai. xiii, 9). Simulque deculitur confidentia superborum, qui, ut apud homines justi appareant, solent diem expectare judicii, et dicere: Utinam veniat Dominus, utinam nobis liceat dissolvi et esse cum Christo (Philip. 1), imitantes Pharisæum qui in Evangelio loquebatur (Luc. xvii, 14, 12): *Deus, ago gratias tibi, quia non sum sicut cæteri homines, 301 raptiores, injusti, adulteri, et sicut hic publicanus. Jejunio bis in sabbato: decimas de omnium*

(a) Tres mss., dirigit vaticinium, quod, etc. et paulo post, etiam restitutio consequatur.

(b) Interesit Victorii vocem *ursus*, quam hic necessarium vult esse, cum exponat ea propætæ verba: *Quomodo fugiat vir a facie leonis, et occurrat ei ursus*. Brixiani mss. eam illi subministrant: nostri non ita.

(c) Una littera tantum fecit errorem Mariano, ut putaverit Hieronymum edidisse Commentarios in

quæ possideo. Ex hoc enim ipso quod diem Domini desiderant, et non pertimescunt, digni supplicio judicantur, quia nullus hominum absque peccato est, et astrammunda sunt coram eo (Job. xxv). Et conclusit omnia sub peccato, ut omnium miseretur (Al. miseretur) (Galat. iii). Cum igitur nemo possit de Dei judicare judicio, et de otioso quoque verbo redditori simus (Al. sumus) rationem (Matth. xii); et Job quotidie pro filiis suis obtulerit hostias, ne quid forte perversum contra Dominum cogitaret (Job. 1), quæ temeritas est audire cum Corinthiis: *Sine nobis regnatis* (Al. regnatis): *atque utinam regnaretis, ut et nos vobiscum regnarem* (I Cor. iv, 8. Certe si eos etiam propria conscientia non remoderet, debuerant imitari Paulum dicentem: *Quis scandalizatur, et ego non uror* (II Cor. ii, 29)? et pro omnibus esse solliciti, ne, quasi amatores sui, ut ipsi regnent, aliorum tormenta desiderarent (Al. desiderarent): quomodo si quis velit capi patriam suam urbemque subverti, ut solus amicitia victorum perfruat. Solemus in angustiis et tribulationibus dicere: utinam mihi liceat exire de corpore, et sæculi hujus miseris liberari, nescientes quæ quamdiu in hac carne versamur, habemus locum penitentis: si autem recesserimus, audiemus illud Prophete: *In inferno autem quis confitebitur tibi* (Ps. vi, 6)? *Ista est sæculi tristitia, quæ ducit ad mortem*, quæ Apostolus non vult perire cum qui cum uxore patris fuerat fornicatus (I Cor. v), quæ et Judas perit infelix, qui abundantiori absorptus tristitia, prodicioni homicidium copulavit (Matth. xxvii), et homicidium omnibus pejus homicidiis: ut ubi putabat remedium, et mortem suspensum finem malorum, ibi leonem et ursum et colubrum reperit. Quibus nominibus videntur mihi significari vel diversa supplicia, vel ipse diabolus, qui recte et leo et ursus et coluber appellatur. Cumque nos putaverimus Isaiam audire dicentem: *Vade, populus meus, intra cubicula tua: claude ostium, abscondere pusillum donec transeat ira Domini* (Isai. xxvi, 20), et esse quasi in domo nostra, quasi in inferno requiescere: tunc mordebit nos coluber qui in presenti loco Nahas, in Job appellatur Leviathan. (c) De cujus 302 natura et terrore multiplici plenius in ipso volumine (d) discimus. In caligine autem et tenebris quæ contraria sunt luci et splendori, tormentorum diversitas explicatur.

(Vers. 24, 22). *Odi et projecit festivitates vestras, et non capiam odorem cætiuum vestrorum. Quod si attuleritis* (Vulg. obtuleritis) *michi holocaustomata et munera vestra, non accipiam, et vota pinguium vestro-*

rum non respiciam. LXX: *Odio habui et repuli festivitates* [Al. solemnitates] *vestras, nec odorabor in conventionibus vestris. Et si obtuleritis mihi holocausta et sacrificia, non suscipiam, et salutare præsentis vestras non respiciam*: Proprie contra tribum Juda dicitur, et eos qui ex Israel ad Dei ceremonias commigrant, et nihilominus non recedebant de excelsis, colebantque idola, et peccatorum magnitudine Dei sacrificia polluebant. Numquam enim reor quod de oblationibus vitulorum, quas offerebant in Dan et Bethel, dixerit: *si obtuleritis mihi holocaustomata et munera vestra, non suscipiam*. Odit autem Deus et non solum odit; sed et projecit festivitates eorum, qui fugiunt leonem et incurant in ursum, et ingrediuntur domum, et a serpente mordentur, quia non celebrant festivitates Dei, sed festivitates suas, dicitur Domino: *Odi et projecit festivitates vestras*. Et hujusmodi hominum conventum odoremque non suscepit, nec habet in odorem bonæ fragrantis, et omnia eorum munera detestatur, et pinguisima vota non respicit. Quod quidem non solum illius temporis hominibus, sed et nobis accidit, si similia delinquamus, et de rapinis et perjuriis sceleribusque quaesita, Deo nos putemus offerre, et nostra peccata redimere, cum legerimus Zachæum quidquid rapuerat in quadruplum reddidisse, et de his quæ bene quaesierat, median obtulisse substantiam (Luc. xix). Neque enim quod male quaesitum erat in Dei donaria poterat offerre, nisi prius dominis suis redderet, et postea impletur quod scriptum est: *Honora Dominum de justis tuis laboribus* (Prov. iii, 9); et: *Redemptio animæ viri propriæ divitiæ* (Prov. xiii, 8); de mercede enim meretricis Deus vota non suscipit (Deut. xxiii). Econtrario justus dicere potest: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo* (Psal. cxl, 2). Quæ oratio Judæ proditori versa est 309 in peccatum: non enim habet bonum odorem; sed opere loquebatur: *Patruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ* (Psal. xxxvii, 6). Quæ omnia et de hereticis dicere possumus, qui dum fugiunt leonem, incurant in ursum, et ingressi domum, quam putant Ecclesiam Dei, innituntur parietibus, quos ipsi fecerunt, et a serpente mordentur, quorum lucem et diem tenebræ eripiunt et caligo, ita ut palpabiles tenebræ sint, et interficiantur primitiva eorum. Horum Deus odit sacrificia, et a se projicit, et quotiescumque sub nomine Domini fuerint congregati, detestatur fetorem eorum, et claudit nares suas. Odisse autem, et projicere, et non odorari, humana loquuntur similitudine, ut nos affectum Dei, nostris sermonibus cognoscamus. Et si obtulerint holocausta, (a) aut videantur jejunare, dare eleemosynas, pudicitiam polliceri, quæ holocausta sunt vera, non ea suscipit Dominus, nec dignatur aspicere pinguisimas hostias eorum. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasque dijudicat. Unde

(a) Victorius ad Brixian. codd. Martian. retinuit ut videantur, etc.

et vidua, quæ in Evangelio (Luc. xxi) in corbonam duo minuta miserat, omnibus a Salvatore præfetur, qui vota pinguisissima et hostias medullatas se offerre credebant, de multo dantes parum: cum illa totum quod habuit, obtulisset. Manifestet et verius hæc post adventum Domini dicuntur populo Judæorum, qui destructo templo et altari, hostias offerre se credunt? quorum Deus odit et projicit festivitates, et non capit odorem cætiuum eorum, quando congregati dicunt: *Crucifige, crucifige talem* (Joan. xix, 6); et: *Sanguis ejus super nos et super filios nostros* (Matth. xxvii, 25). Et si obtulerint holocausta in synagogis, et munera in conciliis satanæ, et vota pinguisissima, non ea respicit Dominus, sicut non respexit munera Cain (Genesis. iv). Qui bene quidem unum Deum colunt, et recte offerunt; sed et eo non respiciuntur, quia non dividunt in Patrem, et Filium et Spiritum sanctum confessionem. Nostra autem munera, id est, Ecclesias, quæ offerimus de primitivis nostris, respicit Deus, sicut respexit quondam sacrificia Abel.

304 (Vers. 23.) *Aufer a me tumultum carminum tuorum, et cantica lyre tuæ non audiam*. LXX: *Transfer a me sonitum carminum tuorum, et psalium organorum tuorum non audiam*. Pulchra cantica Levitarum, quibus laudabant Deum, tumultum vocat sonitumque confusum; quia non est pulchra laudatio in ore peccatoris, et hæc eadem idolis offerre quoque conseruere (Eccles. xv). Judæorum quoque oratio et psalmi, quos in synagogis canunt, et hereticorum composita laudatio tumultus est Dominus, et ut ita dicam, grunnitus suis, et clamor asinorum, quorum magis cantibus Israelis opera comparantur. Psalmum autem et carmina, lyram et organa, vel juxta litteram accipere in populo Israel, quæ olim fiebant in imagine futurorum, vel juxta spiritum in nobis et in hereticis, quæ si bonis operibus dirigamus, audiuntur a Domino: si malis, concludit aures suas, impiorum cantica non dignatur audire.

(Vers. 24.) *Et revelabitur quasi aqua judicium, et justitia quasi torrens fortis*. LXX: *Et revelatur sicut aqua judicium, et justitia sicut torrens invius*. Sicut aqua si labatur in pronum, quod prius tlexerat, nuda, et patere fecit omnium oculis: sic judicium Dei atque justitia, quæ de suo quondam populo judicavit, patebit omnibus, et feret instar torrentis fortissimi. (b) Quidquid arripuerit, secum trahit, et sibi obsistere non patitur. Juxta Septuaginta autem voluitur quasi aqua judicium pessimum; quia non stat in una sententia; sed circumfertur omni vento doctrina, quod probaverat improban, et quod prius laudaverat, putans esse nihil. Justificationes eorum non fluminibus et purissimis fontibus, sed turbidis cœnoscio torrentibus comparantur, qui suas aquas non habent; sed de saxis rupibusque et vepribus collectas. Quas qui transire voluerit, sta-

(b) Victor. torrentis fortissimi, qui quidquid arripuerit, etc.

tim rapietur in præceps, et subversis pedibus, dicere non poterit: Statuit supra petram pedes meos (Ps. cxxiii, 5): calcet enim super arenas, que non habent fundamentum, et cum periclitatus fuerit, loquetur juxta Hebræos: Torrens transit super animam meam (Ps. cxxxii, 3). Contrario de justis legimus, quorum 305 non volvitur sicut aqua judicium, et justitia non fertur quasi torrens invitus: Cogitationes justorum judicia (Prov. xii, 5).

(Vers. 25, seqq.) Numquid hostias aut sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel? Et portastis tabernaculum Moloch vestro et imaginem idolorum vestrorum, sidus dei vestri, que fecistis vobis. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit (Vulg. dicit) Dominus: Deus exercituum nomen ejus. LXX: Numquid hostias et victimas obtulistis mihi (a) in eremo quadraginta annis, domus Israel, et assumpsistis tabernaculum Melchom, et sidus Dei vestri Rephah, figuræ eorum quas fecistis vobis. Et transferam vos trans Damascum, dicit Dominus: Deus omnipotens nomen ejus. Ex hoc loco discimus, omnes (b) hostias et sacrificia que in deserto obtulit Israel, non Deo obtulisse, sed Moloch regi suo, cujus portaverat tabernacula, et imaginem idolorum suorum statusrumque venerati sunt. Et que sit ipsa imaginio vel idolum, sequenti sermone demonstrat: Sidus dei vestri, quod Hebræice dicitur CHOGAB, צבבב id est, Luciferi, quem Sarraceni (c) hucusque venerant. Quam ob causam migrare eos fecit Dominus trans Damascum, id est, in Assyrios atque Chaldeos: cujus omnipotentia ex eo quod Dominus Deus exercituum est, demonstratur. Querimus quomodo hostias et sacrificium non Deo obtulerint in deserto, sed regi suo, quem Luciferum nuncupant? Ex eo tempore quo aurum in caput vituli transformant, dicentes: Isti sunt diviti, Israel, qui te educent de terra Egypti (Exod. iii, 24), omnia que fecerunt, non Deo, sed idolis fecisse monstrant. Et quod postea quadam Domino esse legimus obtulisse, non voluntate, sed penarum fecerunt metu, et eorum interfectione, qui propter idola corruerunt: Dominus autem non ea que offeruntur, sed voluntatem respicit interfectionem. Denique ubique occasio 306 fuit, semper corde reversi (Al. versati)

(a) Voces in eremo, quemadmodum et in Græco quadam exemplaria, Cisterciens. ms. ignorat, Cætera ad hunc modum recitant: tabernaculum Molochom. Rephah figurat eorum, et sidus dei vestri, quas fecistis, etc.

(b) Minus recte Martian. omnes bestias: cerle contra mss. idem.

(c) Al. nunc usque. Et in Vita S. Hilarionis, Tom. II, col. 27: Luciferi cultui Sarracenorum notionem dedicatam esse Hieronymus docuit. Vide que in eum locum observamus de Abdala Sarracenorum imperatore, qui Molochi templa, et Luciferi culturam augere satagebat. Vide singularem Millii dissent.

(d) Totum hunc locum curiose ac religiose restitimus adjuvi multis perantiquis exemplaribus manuscryptis, quia in antiquis editionibus multa invenimus omnia, multa falso posita. Conferat utraque qui voluerit, et statim percipiet in editione LXX interpretum lectum fuisse Melchom Rephah, vel

